

EPISTOLA

annos ferme uinginti incredibile me extinulauit ui-
sendarū regionum, & gentis cuiusq; morum indagan-
dorum, studiū. Lustrauit totam ferme Europam, & bo-
nam Astē partem peragraui, multorū mihi compara-
ui amicitiā, compluribus usus sum familiarissime, atq;
in tanta amicorum turba dispeream si humaniores sen-
serim quā eos qui disciplinis hisce cōmunibus nostris
humanioribus animū semel appulerunt, Ambrosium
Y P P H O F E R V M Canonicū & Custodem Brixii-
nensem ac Iureconsultum incomparabilem comilito-
nem olim tuum in Bononiensi academia planè nosti,
& quid ni nosse humanitatis adsertorem, ipsumq; o=
mnium humanissimū. Is quanta me complexus sit fide
quād benigne fuerit, quāq; mirifice rei familiari no-
stræ prospexerit, uix queam uerbis consequi, Accedit
quod me principis pientissimi C H R I S T O P H E R I
Brixinen. episcopi Reuerendiſſ. bencvolentie ac iu-
cūdiſſime consuetudini insinuarit. Qui præter gene-
ris, quod quidem ex generosa familia dominorum de
S C H R O F E N S T A I N traxit, aliasq; pleclaras
nature ac fortunæ dotes, mirū quād præcellit literis,
nulliq; est comitate ac genuina quadam animi dexterit-
ate inferior. Ut non dicam quod eminentissimū iure=
consul Blasium Aichorn præfulus ipsius dignissimi pa-
ri dignitate Vicarium. Doctorem Nicolaum, & reli-
quos Ca-